Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35485
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

In quinta feria ostendit ecclesia non
esse salutem nisi a domino et maxi-
me per virtutes. Unde introitus
est Salus populi ego sum etc. Et e-
qua tamen propter quatuor cardinales
virtutes. Epistola vero sequitur Jeremie vii
etc. De feria iiii vii capitulo. Ubi dicitur
bonas facite vias vestras et stu-
dia vestra. Et hoc propter bona opera
virtutum et reprehenduntur iudei
qui credebant se non posse dam-
pnari quia habebant domum temp-
li et omnes alios dampnatos
esse dicebant. Unde sequitur respon-
sorium Oculi omnium ostendens quod in solo
deo sperandum est. Ewangelium vero
Surgens ihesus Luce iiii capitulo est
de sanatione socrus petri per
quod ostenditur quod in solo deo sperandum
est. Alia ab ipso principium salus
mentis et corporis est. In aliis
vero ecclesiis legitur ewangelium se-
quens Dimitte. Abiit ihesus etc.
et aliter incipit Operamini in quo
increpat dominus turbe quod magis
curabant de salute corporis quam
mentis. Cum valuerunt eum facere
regem per miraculum factum de
saturatione quinque millium hominum
de duobus piscibus et quinque pani-
bus et hortatur eos dicens Ope-
ramini non cibum qui perit sed qui per-
manet in vitam eternam. Cui
congrue premittitur Primissa lec-
tione. Ubi dominus promittit se habita-
turum cum eis. Et sic quod reges futu-
ri eorum qui talem cibum fuerunt
operati. Ut calumpniam non faciant
innocenti et sanguinem non effu-
dant etc. Cuius introitus sed
Salus populi vox est domini populum con-
solantis. Graduale offertorium et
ymno voces sunt populi de regis gra-
tia confidentis. In hac autem
quinta feria magis agitur de salu-
te. Fit statio ad sanctos Cosmam
et Damianum qui medici fuerunt
et homines corporaliter et spiritualiter
sanabant. Ideo de ipsis fit memo-
ria in collecta. De Sexta feria Rubrica

In sexta feria que est dies crucis
ostenditur quod per crucem est salus. Un-
de introitus est Fac mecum signum
in bonum. In crucem maiorem ca-
ritatem nemo habet. Maius signum
caritatis qua ut animam suam ponat
quis pro amicis suis. Epistola vero co-
venerunt etc. que est numeri xx capitulo.
Est de moyse qui bis percussit
petram et fluxerunt aque ut bi-
berent homines et iumenta. Per
binam percussionem duo ligna crucis
intellige. Petra xpus est et
fluxerunt aque doctrinarum et
graciarum ut possit bibere totum ge-
nus humanum. Responsorium In deo
speravit cor meum et adiutus
sum. Alia in sola cruce posita est
humani generis salvatio. Ewangelium
vero venit ihesus in civitatem etc.
Johannis iiii capitulo. Ostendit dominus quod non solum
pro nobis crucem sustinuit sed et
multos alios labores. Unde sequitur
ibi Ihesus ergo fatigatus ex iti-
nere. Et dicitur ibi octo in quibus
instruxit dominus samaritanam
que patent in ewangelio. Et ideo respon-
sorium est octavi toni. Communio
de Qui biberit Johannis iiii capitulo

In sabbato vero ostendit De Sabbato
quod dominus salvat per iusticiam et
misericordiam. Unde Epistola
Erat vir Daniel xiii capitulo loquitur
de susanna que salvata est per
iusticiam. Ewangelium De muliere de-
prehensa in adulterio quam dominus
liberavit per misericordiam. Circa quod epistola
et ewangelium concordant quia ergo adul-
tera in ewangelio salvata est per misericordiam
Ideo videns ecclesia infirmitatem
filiorum suorum petit se liberari
per misericordiam in introitu dicens Va